

PHARMACOPŒIA

MEDICI PRACTICI.

ACETA MEDICATA.

SYN. *Infusa acetosa.*

ACETUM AROMATICUM.

SYN. *Acetum Bezoardicum s. Prophylacticum.*

℞. Foliorum et summitatum florentium
Rosmarini officinalis,
————— Salviæ officinalis ana uncias
quatuor.

Florum Lavandula—spicæ uncias duas.

Florum cum pericarpio immaturo Caryophilli aromatici drachmas duas.

Acidi Acetici concentrati libras octo.

Mixta macera leni calore in vase vitreo per quadriduum; dein exprime et cola.

Usus *præcipue externus* pro odoratu aut lotione ad effluvia aëris contagiosa corrigenda.

ACETUM SCILLITICUM.

℞. Radicis Scillæ maritimæ libram unam.
Acidi Acetici libras octo.

Macera leni calore in vase vitreo per
biduum aut triduum; dein exprime et adde
Alcoholis diluti uncias octo.

Sepone ut fæces subsidant.

Usus: Morbi pulmonum pituitosi; hydrops.
Externus formagargarismatis: Tonsillitis
pituitosa; dysecœa ex eadem causa.

Dosis: Guttae viginti ad drachmam unam
bis die vel sæpius cum aqua aromatica
aut emulsione gummi-resinæ ammon.

BOLI.

BOLUS ALTERANS.

℞. Olei terebinthinæ volatilis guttas viginti
quatuor.

Gummi-resinæ Guajaci officinalis drach-
mam semis.